



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

107. Quid si exemptus citetur eodem tempore coram suo conservatore, &
alio iudice, coram quo comparere tenetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

natura sint præiudiciales, ut in exemptione à decimis, & ijs quæ fiunt ratione publicæ utilitatis, Seraphinus *decif. 762. in fin.* denique fallit, nisi Papa derogaverit dictæ Regulæ Seraphini *d. decif. 1082. nu. 7.* Sed an censetur derogasse per clausulam certæ scientiæ, vel de plenitudine potestatis? Licet permulti sentiant, quos affert idem meus frater in *glo. verbi tollit ius quæsitum. derogatum* censi, verior tamen opinio Illustrissimi Seraphini, quam is quoque probat & laudat *d. decif. 1082. nu. 9.* non videtur iuri tertij derogatum Nam licet auctores contrariæ sententiæ velint clausulam de Plenitudine operari in præiudicium tertij, fallit tamen, nec habet locum in terminis dictæ Regulæ, in qua Papæ protestatio tollit consensum, & voluntatem ab actergerendo, ubi ei non derogatur; & ita nulla potest alia formula introduci, per quam possit dici constare de mente Papæ, nisi regulæ faciat mentionem, & ita contra Goumes, Curt. iun. Cassand. Gozad. Gabriel. & alios *decisum* fuisse refert coram R. P. D. Blanchetto in *una Mediolanensi fructuum 24. Aprilis 1592.* in proprijs terminis dictæ clausulæ, adde Cæf. de Grassis *decif. 1. de verb. signif.*

 QVÆSTIO CVII.

Quid si exemptus citetur eodem temporis momento coram suo conservatore, & alio iudice, coram quo comparere tenebitur.

Conservatores clerici secundarij diocesis Leodiensis cognoscere tam adive, quam passive in prima instantia de causis exemptorum supra tradidimus *lib. 1. q. 39.* hinc occurrit quæstio, coram quo comparere teneatur exemptus, si vocetur in ius eodem temporis momento, coram alijs atque alijs iudicibus, videtur, quod coram conservatore teneatur comparere, cuius iurisdictionem si condemnat, contumaciam contrahet, is enim maior est alijs omnibus, potest enim autoritate, qua posset quosvis excommunicare *dixi lib. 1. d. quest. 39. & arg. cap. omnes principes cap. solito de Majorit. & obe. ubi Abb.* Mandatumque iudicis superioris impeditur contumacia contrahatur, ob non comparationem coram iudice, inferioris gradus. *Guido quest. 278. & 443.* unde fit, ut citatio Papæ excuset quemlibet alio in loco comparere debentem, *Guido d. questio 276.* Quid autem si quis eodem temporis momento vocetur à suo principe? Licet Principes subsint iurisdictioni Episcopali nisi speciali privilegio sint exempti, sintque hoc respectu inferiores, *d. cap. solito, & d. cap. omnes Principes,* attamen Innocentius in *cap. sum parati de appell. censuit,* quod comparere debeat, potius coram Rege aut Principe, quam coram Episcopo, *Guid. loco citato.* Summa citatus ad duo Tribunalia iuste excusatur si ad maius compareat, *l. contra pupillum §. fin. ff. de Re iud. ubi Latè Alexand.* Sed si causa minoris tribunalis personalem requirat præsentiam, maioris vero tribunalis causa obiri possit per pro-

procuratorem eo casu comparens coram minore excusatur, si coram majore non comparuerit l. 3. §. item Divus ubi glo. ff. de testib. DD. d. ca. comparati de appell. & l. 1. §. bis canabulo ff. de offic. pratoris l. 2. ff. de custod. Reor. dilatare posset hæc quæstio, si usus postulare ex multis, quæ subtiliter adfert Ludovicus Romanus cons. 47. in materia vassalli duorum dominorum, utri potius parere teneatur quo in loco notanda adfert de iure potentiori præventionem, præoccupationem, Gratificationem in iure æquali, similibusque finæ non pauca.

QVÆSTIO CVIII.

Persona miserabilis, an ab exempto vocari in ius possit coram suo iudice.

SUMMARIUM.

- 1. Quidam exempti vocant suos debitores, coram suis debitoribus.
- 2. Privilegia non derogant clausis in corpore iuris.
- 3. Miserabiles persona habent proprios iudices.
- 4. Quibus non possunt renuntiare.
- 5. Neque prorogare.
- 6. Cause miserabilium summaria.
- 7. Quæ & quales persona sint miserabiles.
- 8. Quid si divites sint.

Dubitando occasionem præbet, quod hæctenus recensuerimus quandam speciem exemptorum esse, cui facultas est vocandi suos debitores in ius coram proprijs eorum iudicibus, ita ut auctor non rei forum, sed reus actoris exempti forum fortia- tur. An & ita privilegiati poterunt personas miserabiles evocare extra eorum provin- ciam, aut coram alijs iudicibus, quam iis speciali iure eiusmodi personis miserabili- us sunt designati.

Minime, licet enim privilegia exemptionum soleant esse amplissima, & habere clausulas prægnantissimas derogantes quibuscumque privilegijs repugnantibus.

Non tamen extendi possunt eiusmodi privilegia ut derogent privilegijs clausis in corpore juris Castrens. & DD. l. 2. §. omnes ff. de iudic. Barb. & DD. Auth. quæ in provincia C. ubi de crimine agi oporteat Rom. cons. 497. col. 4 Fel. c. 1. col. 9. de rescript. & in c. Nonnulli col. 12. & 26. eod. tit. & ita fuisse à sacro Rotæ auditorio decilum in cau- sa Magni Magistræ Maltensis, qui ad suum iudicem evocare volebat personam mi- serabilem refert Marcellus Crescentius dec. 16. de privilegijs.

Habent enim personæ miserabiles speciales iudices à iure sibi designatos l. vi- nza. C. quando imper. inter p. upill. Abbas cap. signific. ant. col. 2. in fin. de officio deleg. & in c. licet ex suscepto col. 3. de foro compet. quibus privilegia extra corpus juris clau- sa non